Universitätsbibliothek Paderborn

Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis Imperatrix S. Otho Episcopvs

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XXIIX. De alio milite phrenetico liberato.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

Visual Library

nec Iulium ipſum, nec Iulij haſtam, nec ſtatunculos idolorum vel ſimulacra vllo modo colatis, denuo priſtina mala iterantes, ne mortem, peſtilentiam, incendia, diuina vltione, incurratis. Hæc & his ſimilia ſeruus Dei ad eruditionem populi, blanda oratione loquebatur.

De filio lunatico militis in papilione reliquiarum liberato.

CAPVT XXVII.

DIe verò quadam miles habens filium lunaticum, benedicendum eum obtulit Epiſcopo, adductis cum eo quatuor bubus paſcualibus, donarium & gratiam pro benedictione. Sed doctor bonus, manus ſuas excutere ſuetus ab omni munere, benedictionem quidem puero tribuit; ipſum autem puerum cum patre ac donariis ad papilionem ſuum, vbi capſæ ac reliquiæ ſanctorum erant, deduci iubet, vt ibi, ſi vellent, facta oratione & oblatione, Dei miſericordiam inuocarent. Vadunt: ſanatur puer: gratias agunt.

Sefridus. Edit. Caniſ. cap. 24.

Thecæ Reliquiarum in tentorio S. Othonis.

De alio milite phrenetico liberato.

CAPVT XXVIII.

MIles quidam phreneſi ac dementia, interdum capitis languore vexatus, in loco, vbi ad orandum ſteterant pedes eius, ſeſe proiiciens, ſanitatem recepit.

Sefridus. Edit. Caniſ. cap. 25.